



EX-LIBRIS



RUBENS BORBA
ALVES DE MORAES

RSC

W.



Rarissimo, é o
América como
sobre o Café

DE SALVBERRIMA
POTIONE
CAHVE

SEV

CAFE

Nuncupata

DISCVRSVS

FAVSTI NAIRONI BANESII
Maronitæ,

*Linguae Chaldaicae, seu Syriacae
in Almo Urbis Archigym-
nasio Lectoris*

Ad Eminentiss. ac Reuerendiss.

PRINCIPEM

D. IO. NICOLAVM

S. R. E. CARD.

DE COMITIBVS.



Romæ, Typis Michaelis Herculis. 1691.

Superiorum permissu.

Eminentissimo, ac Reuerendissimo
PRINCIPI
D. IO. NICOLAO
S.R.E. CARD.
DE COMITIBVS

*Faustus Naironus Babesius
Maronita felicitatem.*



VM Orientē,
Eminētissime
Princeps, vsq;
de an. 1650.
peragrauerim, cūmque
varia ductus curiositate
adnotauerim, hanc, in-
ter alia, potionem, quæ
Cahue, seu Cafè nuncu-

patur diligenter exquisi-
ui, & quæ de hac vti
oculatus testis vidi, au-
diui, & expertus sum, en
paucis pro bono publi-
co exhibeo lineis, quas
ideò non nisi Tibi, qui
summo populorum ap-
plausu in Tuis susceptis
muneribus, bonum pu-
blicum, & in temporali-
bus, maximèque in spi-
ritualibus fouisti sem-
per, ac foues, humillimè
offero Ne igitur hoc
meum pro bona valetu-
dine dedigneris munus-
culum

culum, pro ea enim tuē-
da, nequaquam quanti-
tas in medicamine attē-
ditur, sed qualitas, quæ
etsi tenuissima extaret,
tanto sub Principe grā-
dior euadet, atque per-
fectior. Vale.

**Imprimatur, si videbitur
Reuerendis. P. Magi-
stro S.A.P.**


*I. de Ang. Archiep. Urb.
Vicesg.*



Imprimatur
**Fr. Hiacynthus Libellus
Magister S.A.P.**

Ad.


Ad Lectorem.

 *OVVM* hoc potionis
genus *Cafè*, per *Eu-*
ropam, modòq; per
hanc *Romanam Urbem* dif-
fusum, nonnullos ex *Ciui-*
busterruit, de eius qualita-
te, ac bonis effectibus prorsùs
ignaros; Ideoque *Potionem*
hanc pro tua securitate, beni-
gne *Lector*, hoc breui discursu
libèrissimè propinandã ego
met suscepi, ut ea liberè utar-
is; *Experientia* enim docet,
Toti Orienti, qui non est mi-
nima *Terrarũ pars*, multùm
profuisse, ac prodesse; quare
ut omne à te dubium expel-
las *Tibi* his paginis ostendo
proprietas huic potioni ad-

*dictas, ac bonos pro tua va-
letudine effectus, experien-
tia, atque Scriptorum autho-
ritate approbatos, & ut fa-
cilis ab omnibus intelligen-
tur vulgaribus usus sum,
stylo, ac vocabulis. Interim
Deus te seruet incolumem.*



Cum



V M Deus Opti-
 mus Maximus sa-
 luti, bonæq; mor-
 talium valetudini, atque
 incolumitati sit semper in-
 tentus, vt ab illis omnia
 illorum opera summo di-
 rigantur Opifici, maiori-
 busque, ac validis viribus
 diuina eius ab ipsis obser-
 uentur præcepta, quidquid
 boni in herbis, quidquid
 pretiosioris in lapidibus,
 quidquid perfectioris in
 animalibus concludit, sum-
 ma eius munificentia mor-
 talibus tribuit; & quia
 subtilissima hominum in-
 genia omnia naturæ mira-
 cula, hoc est naturalium
 rerum virtutes, atque

A 5 pro-

proprietates adinuenire, ac perferutari nequiuerit, mirabilis Deus summo erga nos exardescens amore incognitas rerum virtutes, cognitas nobis vel fortuito in pluribus reddidit, vel quod mirabilius est rationabilia ab irrationalibus edocta, secretiores, hæc, naturæ effectus, quinimò ipsammet mendendi rationem, illa in multis edocuere, sic Dictamnium herbam ad extrahendas sagittas, & alia similia ex vulneribus vtilē Cerui hominibus monstrare, vt notat Matthiolus in 2. Dioscoridis; obseruatum enim fuit in Regno Cretæ

Crete à Venatoribus, Cer-
uos pastu illius herbæ tela
eijcere ex vulneribus

Chelidonium visui sa-
luberrimum ait Polidorus
Virgilius lib. 1. cap. 21. hi-
rundines docuere, oculos
enim pullorum vexatos il-
la medentur, & subdit A-
pros in morbis hedera,
sibi mederi: Mustela in
anguium venatu ruta sibi
salutem quærere, & Cico-
niam origano.

Ab Hippopotamo, hoc est
Equo fluuiali (quod est
animal in Nilo) Medici
mittere in morbis sangui-
nem, quod phlebotoma-
re vocant didicerunt, assi-
dua namque satietate gra-

uedinosus factus, exit in
 littus, recentes arundinum
 cæsuras perspeculaturus,
 atque vbi acutissimum vi-
 det stipitem, imprimens
 corpus, venam quandam
 in crure vulnerat, atque
 ita profluuiò sãguinis mor-
 bidum corpus exonerat,
 plagam verò rursùs limo
 obducit, sic habet idem
 Polidorus, & Matthiolus
 locis citatis.

Ibis est quædam auis
 soli Aegypto peculiaris,
 & Ciconiæ non absimilis,
 quæ vt tradit Plinius lib.
 8. cap. 27. Clysteris vsum
 prima cõmonstrauit, quòd
 consuetudinem habeat se
 repurgandi rostri adunci-
 tate

tate, eam perluens partem,
qua ciborum onera red-
duntur.

Galenus lib. 11. de sim-
plicium medicamentorum
facultatibus ait, cum qui-
dam Messores, diurnum,
post laborem voluissent se
reficere vino, relicto in
agro in quodam fictili, &
dum pro more impleuis-
sent craterem, vna excidit
Vipera mortua, quare at-
toniti Messores, veriti, ne
quod si bibissent indè sibi
malum eueniret, suam
quidem sitim aquæ potio-
ne sedare maluerunt; Cæ-
terùm cum illinc discessis-
sent præ humanitate, ac
misericordia, homini cui-
dam

dam Elephãti morbo (qui est quoddam perniciosioris Lepræ genus) obnoxio, vinum illud largiti sunt, rati expediri illi potius mori, quàm viuere in eam miseria; at ille vbi bibisset admirabili modo sanitati restitutus est, vndè factum est, vt in horum morborum curatione, vinum viperatum adhibeatur, & subdit Galenus paulò inferius hoc esse experientiæ fortuitæ documentum

Pari ratione dicendum est, hãc portionem Cahue, seu Cafè nũcupatam fuisse fortuitæ experientiæ documentum, vti ex narrandis patebit.

Con-

Conquereretur enim
 quidam Camelorum, seu
 ut alij aiunt, Caprarum
 Custos, ut communis O-
 rientaliũ fert traditio, cum
 Monachis cuiusdã Mona-
 sterij, in Ayaman Regio-
 ne, quæ est Arabia Felix,
 sua armenta non semel in
 hebdomada vigilare, imò
 per totam noctem, præter
 consuetum saltitare; Illius
 Monasterij Prior curiosi-
 tate ductus, hoc ex pas-
 cuis prouenire arbitratus
 est, & attentè considerans
 vnà cum eius socio locum
 vbi Capræ, vel Cameli il-
 la nocte, qua saltitabant
 pascebantur, inuenit ibi
 quædam arbuscula, quo-
 rum

rum fructibus , seu potius
 baccis vescebantur; huius-
 ce fructus virtutes voluit
 ipsemet experiri, ideoque
 illos in aqua ebulliens sta-
 tim illorum potum noctu
 vigilantiam excitare ex-
 pertus est , ex quo factum
 est , vt à Monachis quoti-
 diè adhiberi propter no-
 cturnas vigilias iusserit ,
 vt promptiores ad noctis
 assisterent orationes ; at
 quia ex hoc quotidiano
 potu , cùm varios ac salu-
 berrimos pro humana sa-
 lute, ac bona valetudine,
 effectus in dies experiren-
 tur, per vniuersam paula-
 tim regionem illam, dein-
 dè per alias Orientis Pro-
 uin-

uincias, ac Regna temporis progressu nouū huius potionis genus, fortuitò, ac mirabili Dei prouidentia ea diffusum est salubritate, vt ad Occidentales etiam, ac præsertim Europæas peruaferit plagas.

Primos igitur huius potionis Inuentores ex Caprarum, seu Camelorum, vt ita dicam nutibus, supradictos ferunt extitisse Monachos Christianos, vt ipsimet Turcæ fateri vt plurimum assolent, in quorum gratiam, animique obsequium pro illis fundunt preces, ac præsertim Turcæ illi, qui sunt huius

huius potionis ministratores, ac distributores, proprias enim hi, ac quotidianas habent precationes pro *Sciadli*, & *Aidrus*, quia hæc supradictorum Monachorum fuisse nomina asserunt.

Magna horum arbusculorum copia in Arabia Fælici inuenitur, quæ fructus ferunt ad instar Cacao, sed scissos per longum sicut os Dactyli, binique diuiduntur in eadem cortice, qui fructus duofortiuntur nomina, primū est nomen fructus, secundum autem potionis; fructus igitur vocatur Ban, & Ben, Bon, & Bun, eo quia

quia Arabes cū nō nisi lit-
 teras conscribant conso-
 nantes, ideoq; scribant
 cum tescdid super lit-
 teram ꝛ quod signum in
 pronunciatione habet vim
 reduplicandi illam litte-
 ram, super quam est tesc-
 did, & legitur quasi cum
 duabus literis ꝛ sic Bnn;
 super quas litteras conso-
 nantes æque benè cadit
 vnaquæque dictarū voca-
 lium, ideoque alij legunt
 Ban, & Ben, vti nonnulli
 ex Orientalibus, alij Bon,
 vt Alpinus, alij Bun, seu
 Bunch vti Cotouicus, &
 Auicenna, sicut inferius
 suo loco videbitur Sed
 postquam hæc semina cō-
 trita

trita ebulliunt in aqua
nuncupantur Cahue, seu
Cafè, non secus ac frum-
mentum, quod postquam
molitur mola, non am-
plius frumenti, sed farinae
nomen retinet; sic etiam
potio, quæ fit ex vua vo-
catur vinum, & non vua
licet vinum non sit aliud
quàm ipsamet vua expres-
sa: nomen enim Cafè non
fructus, sed potionis est
nomen.

In duas diuiditur spe-
cies, vna namque in albū
tendit colorem, altera in
citrinum ita obscurum, vt
videatur tendere aliquan-
tulum in viridem, & hæc
est alia præstantior, ac per-
fe-

e, p̄ctior, quia in ebullitio-
 e, eius aqua valdè oleo-
 apparet: de hac dupli-
 specie loquitur etiam,
 uicenna lib. 1. tract. 2. vti
 lo loco patebit Duas
 abet cortices, prima ex-
 rior nigra, secunda &
 terior alba, cuius confi-
 endæ potionis hic est
 odus.

Semen hoc, seu fructus
 ebet in puluerem prius
 digi, & vt facilius con-
 ratur, igne in lagena,
 iquantulum vstulatur,
 onec in colorem verta-
 r violaceum obscurum,
 enim penitus exficcare-
 r nullius esset roboris,
 uare ne comburatur, co-
 cleari,

cleari, seu alio instrumēto
 continuo commiscetur
 & statim in mola trufati
 seu in marmore pistillo
 ligneo subtilissimè contu-
 ditur, & subcerniculo ce-
 nitur, poniturque in aqua
 ebullienti in vase stanni
 quod Italicè dicitur *Cu-
 cumo*, seu in fictili vi-
 triato, vel vti in Aegypto
 in vase lapideo cælis el-
 borato; & quia statim a
 pulvis hic in aquam fun-
 ditur ebullientem egurgi-
 tatur, ideo vas ab igne
 amouetur, aliquando per
 duas, vel tres vices, que-
 usque pulvis incalescat,
 in aqua cōmisceatur; tum
 enim postquam aliquantū

tu-

lum ebulliuerit, bibitur
 ebulliens, vel potius
 attatim sorbetur in fide-
 s, seu scutellis, & fæces,
 æ in illis remanent abij-
 untur.

Non solet ab Orienta-
 us sumi ieiuno ventre,
 inc enim flauam bilem,
 commouere aiunt, dum
 aim eam sumere cupiunt
 e mane, comedunt prius
 ustum, seu pauxillum
 ganis, aut quid simile.

De quãtitate huius pul-
 eris ponenda non datur
 regula certa, sed vt pluri-
 àum in tribus libris aquæ
 alent poni duæ pulueris
 nciæ, & qui in fundo re-
 nanet inseruit etiã pro se-
 quen-

quēti die cum pauca e
dem pulueris additione

Centum ferè ab h
annis frequentior hui
portionis vsus in Aegyp
cæpit vigere, quod ded
citur ex Authoribus, q
Turcarum mores, cibor
ac portiones scripserunt
qui antè supradictum tē
pus enumerando vari
Turcarum portiones, nu
lam de Cafè mentionem
faciunt, vt videre est in
Ludouico Bassano, q
scripsit de anno 1545. in
Ioanne Antonio Menau
no de anno 1548. & in
Francisco Sansouino lib.
& 3. historiarum Turcica
rum de anno 1563. tre
tan-

tantum enumerant Tur-
 carum potiones, nimirum
Sorbettum, quod fit aqua
 saccharo diluta, vel succo
 citrinorum mixta; Secun-
 da est illa, quæ vocatur
Sciosaph, quæ componi-
 tur ex melle, & vis passis
 aqua mixtis; Tertia est
Pechmez, quæ fit ex mu-
 sto cocto aqua diluto.

Iacobus tamen Coto-
 uicus Ultraiectensis in suo
 Itinerario Hierosolymita-
 no anno 1598. inito, post
 trium supradictarum po-
 tionum enumerationem,
 differit etiam accuratè de
 quarta, quæ est Cafè, uti
 hic inferius videbitur

Quid autem de hac po-
 B tione

tione Authores disserant,
 & quid de eius sentiant
 qualitate, atque effecti-
 bus, legenti ex dicendis,
 atque adnotandis patebit.

Auicennam citat Alpi-
 nus locutum fuisse de
 hoc semine, sed ubi de
 illo differat non est nota-
 tum; puto tamen Bunch,
 de quo Auicenna loqui-
 tur lib. 1. tract. 2. esse verè
 hoc semen, de quo tra-
 ctamus, primò, quia apud
 Arabes vocatur etiam
 Bunch, vti notat Iaco-
 bus Cotouicus cap. 7. Iti-
 nerarij Hierosolymitani,
 ubi de hac loquens potio-
 ne sic ait; *Cahua, seu ut
 alij volunt Bunnū, seu
 Bunch*

Banch. Secundò, quia eedem proprietates, ijdemque effectus, qui sūt huic addicti femini, sunt etiam huic Auicennæ Buncho proprij, & inuenitur in ipsamet Regione, hoc est in Ayaman, seu Arabia Felici, sic enim habet in loco supracitato. *Bunchum quid est, est res delata de Iamen, quidam autem dixerunt, quod ex radicibus Anigailen, cum antiquatur cadit. Electio, melius est citrinum, & leue boni odoris; album verò, & graue est malum. Natura, est calidum & siccum in primo, secundum quosdam est frigidum in primo. Opera-*

tiones , & proprietates ,
confortat membra . Deco-
ratio , mundificat cutem ,
& exsiccat humiditates , que
sunt ab ea , & facit odorem
corporis bonum , & abscin-
dit odorem Psilothri . Mem-
bra nutrimenti : est bonum
stomacho .

Eiusdem opinionis vi-
 detur esse Ioānes Veslin-
 gius , qui in adnotationi-
 bus in Bon Alpini cap. 16.
 ait , *eumque Buncho Aui-*
cerne arbitrantur .

Sed forsā quis contra
 asserta arguet, fructum
 hunc , seu semen minimè
 ex radicibus nasci , sed ex
 arbusculis , ideoque hunc
 fructum *Bunch Auicennæ* ,
 quem

quem ex radicibus Anigailen colligi ait, non convenire cū nostro hoc Bon, de quo differimus.

Pro huius difficultatis solutione notandum est: textum Arabicum Auicennæ, ex quo desumptus est præfatus textus Latinus duplicem habere sensum; In textu enim Arabico non legitur *Anigailen*, sed

أم غيلان *Am Gailan*,

quod in duas diuiditur dictiones, & non legitur sub vnica tantum dictione, vti habetur in textu Latino; at quia *Am* in idiomate Arabico explicatur, *sen*, *vel*, ideoque hæc Auicennæ au-

thoritas potest sic explicari, *Bunch* est res delata de *Iamen*, quidam autem dixerunt ex radicibus, seu ex *Gailan*, quod forsan est quoddam illius Regionis arbusculum.

Secundò *Am Gailan*, quamvis duæ sint dictiones, potest tamen esse cuiusdam arbusci nomen, uti vult Antonius Giggeius in Thesauro Linguae Arabicæ, & licet legatur *Bunch*, est ex radicibus *Am Gailan*, debet hîc intelligi, fructus nequaquam esse in radicibus, sed in arbusco *Am Gailan* nuncupato; si enim esset in radicibus, immediatè non lege-

legretur, *cum antiquatur*,
cadit; dum enim dicitur
fructus cadere, presuppo-
nitur ab alto cadere, igi-
tur ex arbusculo, & non ex
radicibus, quæ sunt sub
terra; isti namque fructus
verè colliguntur, & ca-
dunt dum antiquantur,
seu exsiccantur. Cæterùm
Avicenna quidquid dicat
in hoc textu, an iste fru-
ctus sit ex radicibus, vel
ex arbusculis pro certò
non habet, refert enim
tantùm nonnullorum opi-
nionem, quod clarè dedu-
citur, dum dicit, *quidam
autem dixerunt*; supradicta
ergò ex se minimè pro-
fert.

Præfatus igitur Iacobus
 Cotouicus in fine capituli
 septimi Itinerarij Hiero-
 solymitani sic ait: *Ad hæc*
quotidiana quadam utun-
tur potione, quam Cahua,
Arabice indigitant, Itali
Cauo; aqua hæc instar atra-
menti nigra, gustu amara,
in herba cuiusdam semine
(cui Cahua, vel ut alij
volunt Bunu, seu Bunchi
nomen est, & in Aegypto
copiosissime nascitur) deco-
cta, stomacho prodesse, cor-
roborare cerebrum, ac no-
xium expellere humorem
fertur; Semen id mola tru-
satili prius contusum, vel
cote contritum, aqua deco-
quitur in hunc ferè modum;

Ses-

Sesquilibram seminis vigin-
ti libris aquæ immiscent, quæ
ad dimidiæ partis consum-
ptionem bullire sinunt, eam-
que calidissimam, ac ferè
bullientem fidelis Indicis,
vulgò Porcellanis bibunt,
vel potius guttatim sorbent,
sibique inuicem propinant
tàm lentè, ut interdum inte-
gra hora unam fideliã
vix epotent exhauriantuè,
quod quidem ea se ratione
facere asserunt, ne simul
faces, quæ pantatim sidunt,
ebibant, eas siquidem uti
noxias absorpta aqua abij-
ciunt. Sunt ex plebe quam-
plurimi, qui bazarros, viaf-
que publicas matutino præ-
ferim tempore percurrunt,

B 5. aquam

aquam hanc venalem circumferunt, & foculo supposito calefaciunt, calefactam poscenti porrigunt, nec nisi calidissimam prebent. Nulli siquidem vitio vertitur aut dedecori, cuiuscunque demum conditionis, aut religionis sit, si eam in publico bibat; ad publica verò diuersoria singulis ferè horis, aque huius (cuius sunt appetentissimi) potandæ causa infirmi conueniunt, & confabulationibus terunt tempus.

Quòd autem iste Author ait de aqua huius potionis, quòd videlicet ad dimidiæ partis consumptionem bullire sinatur,

tur, modò non attenditur, dum satis est, vt vnà cum puluere aliquātulum ebulliat.

Prosper Alpinus Medicus Venetus in lib. de Plantis Aegypti cap. 16. sic ait: *Arborem vidi in Viridario Alibei Turca, cuius tu Iconem nunc spectabis, ex qua semina illa vulgarissima Bon, vel Ban appellata producuntur, ex his omnes tùm Aegyptij, tùm Arabes parant decoctum vulgarissimum, quod vini loco ipsi potant, venditurque in publicis œnopolijs, non secùs quàm apud nos vinum illique ipsum vocant Cabua. Hac semina ex Felici Ara-*

*bia asportantur ; Arbor ,
 quam me inspexisse dixi
 Eunomo similis observata
 est , sed tamen folia crassio-
 ra , durioraque habebat , vi-
 ridiora , perpetuoque viren-
 tia . Usus est illorum semi-
 num omnibus notissimum ;
 ad parandum iam dictum
 decoctum , quod quo pacto
 ab illis paratur alias à me
 dictum est . Utuntur tamen
 eius decocto ad roborandum
 ventriculum frigidiorum ,
 adiuvandamque concoctio-
 nem , & non minus ad aufe-
 rendas à visceribus obstru-
 ctiones , in tumoribus hepa-
 tis , lienisque frigidis , &
 antiquis obstructionibus fœ-
 liciori cum successu decoctum
 mul-*

multos dies experiuntur, quod etiam utrum maxime respicere videtur; ipsum enim excalescit, obstructionsque ab eo aufert, sic enim familiari usu est apud omnes Aegyptias, Arabesque mulieres, ut semper dum fluunt menses ipsorum, vacationem huius decocti ferventis multum paulatim, forbillantes adiuvent ad promovendos etiam in quibus suppressi sunt. Usus huius decocti purgato corpore multis diebus utilissimus est.

Anicenna de his seminibus meminit, similesque, vel eosdem usus à me narratos memoria prodidit, ipsumque semen calidum in tertio, & siccum

siccum in secundo gradu constituit, quod tamen verum non videtur, quando semen sapore dulcescat cum parva amarore, nullamque acrimoniam præferat; nihilominus ipsum obstructionibus viscerum, frigidisque tumoribus hepatis, vel lienis multum conferre docuit, sed ait stomacho nauseam concitare, pituitamque purgare, atque multa alia hæc semina præstare experientia penès Aegyptios didici, atque hæc est Arbor, quam Cayri olim inspexeram.

Ioannes Veslingius in adnotationibus in præfatum caput 16. Alpini putat Bon esse Bunch Avicennæ

centiæ, fateor enim idem esse Bon, & Bunch, sed citatio Alpini non conuenit cum Buncho Auicennæ; tradit enim Alpinus, opinionem Auicennæ esse, quòd hoc semen sit calidum in tertio, & siccum in secundo, & idem Auicenna loquens de Buncho, vti superius innuimus ait, quod est calidum, & siccum in primo, secundum quosdam est frigidum in primo; manifestè ergo deducitur Alpinum dum Auicennam citat, nullo modo loqui de Buncho, sed de aliquo alio semine, vsque adhuc mihi incognito, & à me non

non inspecto eo quia ab Alpino locus Auicenna non citatur.

Ioannes Bahuinus in historia Plantarum lib. 8. cap. 21. loquitur de Calaf, seu Ban Alpini, ideoque aliqui arbitrati sunt, esse hunc fructum Bon.; gratis autem hoc illos asserere colligo; nam idem Alpinus distinguit Calaf, seu Ban, à fructu Bon.; differit enim de primo cap. 15. & de secundo cap. 16. quod etiam aperte colligitur ex subsequētib; citat nimirum præfatus Author Bellun. qui in interpretatione Arabicorum nominum ait, hoc
ar.

arbusculum fructus non
 ferre, sed tantum flores,
 ex quibus inquit Alpinus
 distillari aquam *Macalef*
 vocatam, ex quibus eui-
 dentissimè deducitur ar-
 busculum Calaf, seu Ban,
 de quo loquitur Bahui-
 nus, non esse arbusculum
 Bon, hoc enim fert fru-
 ctus, non autem flores, uti
 usque adhuc demonstra-
 uimus

Petrus *della Valle* tum
 nobilitate, tum in conscri-
 bendis accuratè suis iti-
 neribus celeberrimus in
 epistola tertia Constanti-
 nopoli conscripta die
 septima Februarij 1615.
 inter Turcarum potiones
 enu-

enumerat *Cakue* , & ait, illam multum conferre sanitati , adiuuat nimirum concoctionem , ventriculum corroborat , ac fluxiones reprimit catarrhales ; post coenam si sumatur incitat vigiliam, ideoque prodest illis , qui noctu studere cupiunt .

Dominicus Magrus Melitensis in epistola ad Eminentissimum Cardinalem Brancaccium conscripta, differens de *Cafè* , post fructus descriptionem, de eius qualitate, atque effectibus sic sentire videtur , nimirum quod semen hoc ex sui natura est calidum, & siccum , ideoque cor-
robo-

roborat vētriculum, adiu-
 uat concoctionem, dum-
 modo vna hora post ci-
 bum sumatur, prodest ca-
 tarrho, ac mirabiliter ca-
 pitis leuamini, expellit
 somnum, ac pro studen-
 tium vigilijs proficuum
 est, sensus veneri motus
 etiam reprimit, hominem-
 que castum seruat, pro-
 dest magis hyeme, quàm
 æstate, eiusque sumptio
 efficacior est sine cortici-
 bus ipsiusmet seminis,
 Orientales Cafè bibunt
 omni tempore, imò etiam
 in mensis vini ad instar, &
 illi, qui hac vtitur potio-
 ne maximum erit iuua-
 men, & potest liberè su-
 mi

mi per quatuor vices in
 vna hebdomada , quia
 nunquã auditum est alicui
 nocuisse; & paulò inferius
 subdit; auferit obstructio-
 nes, & opilationes, & ex-
 perientia nos docet Caf-
 fè fluxiones expellere cat-
 tarrhales, aliasque infir-
 mitates ex Iecoris fodi-
 na prouenientes, & hæc
 absque stomachi nocumẽ-
 to operatur: quamobrem
 Turcæ vt plurimùm nun-
 quam fluxionibus, neque
 dentium dolore, nec Pod-
 dagra, neque similibus la-
 borant morbis.

Idem Author affert e-
 pistolam cuiusdam Medici
 ei Constantinopoli exa-
 ratam

ratam ad quendam virum
 illustrem Epidaurum, in
 qua variæ leguntur huius
 potionis sequentes pro-
 prietates, atque effectus:
 prodest mulierum men-
 struis, illisque pulcherri-
 num confert carnibus co-
 lorem, viuacitatem ocu-
 lis, alijsque corporis par-
 tibus; prodest etiam mor-
 bis hemoroidalibus, nec
 non Viatoribus, qui hac
 utuntur potione, labori-
 bus enim resistunt diei, ac
 nocti, noctisque vigilijs;
 proficua etiam est pro do-
 lore Podagræ, pro dimi-
 nutione, & prouocatione
 menstrui, & quamuis om-
 nes sint effectus inter se,

con-

contrarij, nam vigilia
 quæ omnes auget dolo-
 res, nequaquam Podag-
 ræ dolorem deberet mi-
 nuere, fitis humido mo-
 deratur, & vigilia sicco
 fouetur, & tamen hos
 duos contrarios effectus,
 se expertos fuisse ait.
 Deindè subdit, ab omni-
 bus humoribus aufert o-
 pilationes, & reprimit va-
 pores stomachi ad caput,
 & concludit debere sumi
 simpliciter, & sine sac-
 charo, cuius opinionis est
 etiam præfatus Domini-
 cus Magrus in eadem e-
 pistola.

In Relatione huius po-
 tionis impressa primùm

Lon-

Londini in Regno An-
 gliaë, & postea Genuæ,
 Florentiæ, & hoc anno
 hic Romæ legitur; semen
 hoc esse frigidum, & sic-
 cum, & quamuis exsic-
 cet non calefacit, neque
 inflammat, adiuuat con-
 coctionem, spiritus viui-
 ficat; eius fumus prodest
 oculorum morbis, fumos
 reprimat internos, ac per-
 consequens capitis dolo-
 res, fluxiones impedit
 catarrhales, quæ ex ca-
 pite descendunt in stoma-
 chum, præseruat homi-
 nem à tabe, & aufert tuf-
 sim inflammationis pul-
 monum.

In Anglia experientia
 do-

docuit, illi Regno, postquam hac vfa est potione multum profuisse, ac præsertim in Hydropisia, Podagra, ac alio cuiusdam morbi genere ab Anglis *Scurroy* vocato.

Experitur omnibus portionibus exsiccantibus perfectior pro senibus, & pueris, qui humoribus patiuntur frigidis

Prodest mulieribus prægnantibus, vt benè partus ferant, atque etiam illis, quæ menstrua amiserunt per tres, vel quatuor menses

Valdè proficua est pro morbo splenis, seu pro opilationibus, ventositatibus

tibus hippocondriacis, &
pro his similibus.

Impedit somnum, ideo-
que qui non vult vigila-
re, illam post cenam non
sumat.

Observatum est in Tur-
carum Regionibus, vbi
continuò hæc potio sumi-
tur, non regnare neque
morbum Calculorum, ne-
que Podagræ, neque hy-
dropisæ

Non est relaxatiua cor-
poris, neque astringens.

Ioânes Veslingius addit
hanc valdè prodesse cum
cor, aut ventriculum lan-
guor occupat.

Istæ ergo sunt ex præ-
fatis Authoribus Cafè sa-

C

lubres

lubres pro humana salute
 qualitates, atque effectus,
 quorum aliquos egome
 cùm Orientales an. 1650,
 perlustrauerim plagas ex-
 pertus sum; multùm enim
 pro concoctione cibi, pro
 corroboratione stomachi,
 ac pro noctis vigilia mihi
 profuit.

Pater Ludouicus Gian-
 ninus è Societate Iesu,
 Regni Galliaë Substitutus,
 mirabilia de hac narrabat
 potione, & ipse forsan
 inter primos hìc Romæ
 illa vsus est, & iam se-
 nex omnibus restitit labo-
 ribus diei, & noctis in
 suæ Religionis negotijs,
 & fatebatur suam bonam
 vale-

valetudinem ex potione
 Cafè prouenisse, & sæpè
 sæpiùs vt illam sumerem
 me hortabatur; adhuc vi-
 uit in Gallijs octuagena-
 rius

Idem planè mihi asse-
 rebat Antonius Sangior-
 gius nobilis Bononiensis
 Cardinalis Bernardini Spa-
 dæ familiaris, qui ean-
 dem expertus est utilita-
 tem, ac præcipuè in flu-
 xionibus catarrhalibus,
 quibus antequam ea vte-
 retur, valdè laborabat,
 & obiit Romæ ferè sep-
 tuagenarius.

D. Innocentius ex no-
 bilissima Romanorum de
 Comitibus familia, Status

Ecclesiastici Locumtenēs generalis, ea non semel in hebdomada me præfente potabat propter cibi concoctionem; hæc tamen illi non profuit ad expellendas quas sustulerat calamitates tùm in belli expeditionibus in Germania sub Ferdinando Secundo, & Tertio Imperatoribus mirè patratis, tùm in Dalmatiæ munimine pro Catholica Religione contra Turcas in ipsismet feruentissimis anni ardoribus, quibus destitutus laboribus adhuc quadragenario maior non sine Europe lacrymis Romæ occubuit.

Quo-

Quomodo autem ex hac potione oriuntur effectus contrarij, & isti an proueniant ex qualitate calida & sicca, an verò ex qualitate frigida, hoc Physicis relinquo; obseruandum tamen est; huius potionis colorem nigrum, saporemque amarum non prouenire ex sui natura, sed per accidens propter vstulationem feminis; semen enim ex se est album, & adeoque gustui gratum cum aliqua dulcedine, vt vix leuissima percipiatur amaritudo, vti videre est in citato loco Alpini: Ideoque Orientales opi-

nantur, hoc semen æquè
participare de calido, ac
de frigido, hac videlicet
ratione; existimant enim
cortices huius seminis ef-
se frigidaë qualitatis, sed
ipsummet semen esse tem-
perataë qualitatis, & ten-
dere aliquantulum ad ca-
lidam, quod idem vide-
tur annuere Petrus *della*
Valle in citata epistola
tertia Constantinopoli e-
xarata, & Ioannes Vef-
lingius in notis ad caput
16. Alpini, ubi ait: *Qua-*
litatum, quas manifestas
vocant harmonia in hoc fru-
ctu dispar est. Cortex enim
frigidi particeps, cum exu-
perante tamen siccitate, nu-
cleus

deus verò moderate cali-
cus; Ille leui quadam aci-
ditate, hic evidenti amari-
tudine lingue sensum haud
inclementer afficit; Itaque
nec stomacho nauseam in-
fert, quantumvis largius
decoctum hauriatur, nec in-
tenfiore caloris gradu ei-
dem infestus est, saltem mo-
dicè torrefiat, atque in
marmore pistillo ligneo con-
tusum sit; Corticis decoctum
inter aestivos ardores rectius
febricitantibus exhibetur,
rursumque cum frigidis, &
crassi succi, viscera, com-
munesque corporis ductus
noxio infarctu impediunt;
alterum è contuso nucleo pre-
ferendum est, haud neglecto

tamen

*tamen utriusque, cum id
exigit, temperamento.*

Totum hoc comproba-
tur, quia in Aegypto, &
in Arabia, quæ sunt Re-
giones magis calide tem-
pore æstiuo in hac potio-
ne vt plurimum non su-
muntur nisi cortices, quæ
eodem modo ac semen,
contunduntur, & tempore
hyemali ipsamet semina,
& in alijs Regionibus mi-
nus calidis, vti in Regno
Syriæ, sicut ego ipse vi-
di, sumitur æstate hæc
potio vnà cum corticibus,
quod in hyeme non fit,
tunc enim sumitur sine
corticibus, signum ergò e-
uidens est, cortices esse ip-
so

so semine frigidioris qua-
litas .

Summas igitur Deo no-
stro Conseruatori gratias,
qui nouum in dies profert
modum seruandi nos in-
columes , & sanos , cui
laus , & gloria in æter-
num




W


dzzz

US \$ 35.-

VIII 61

11.550.-





BRASILIANA DIGITAL

ORIENTAÇÕES PARA O USO

Esta é uma cópia digital de um documento (ou parte dele) que pertence a um dos acervos que participam do projeto BRASILIANA USP. Trata-se de uma referência, a mais fiel possível, a um documento original. Neste sentido, procuramos manter a integridade e a autenticidade da fonte, não realizando alterações no ambiente digital - com exceção de ajustes de cor, contraste e definição.

1. Você apenas deve utilizar esta obra para fins não comerciais. Os livros, textos e imagens que publicamos na Brasiliiana Digital são todos de domínio público, no entanto, é proibido o uso comercial das nossas imagens.

2. Atribuição. Quando utilizar este documento em outro contexto, você deve dar crédito ao autor (ou autores), à Brasiliiana Digital e ao acervo original, da forma como aparece na ficha catalográfica (metadados) do repositório digital. Pedimos que você não republique este conteúdo na rede mundial de computadores (internet) sem a nossa expressa autorização.

3. Direitos do autor. No Brasil, os direitos do autor são regulados pela Lei n.º 9.610, de 19 de Fevereiro de 1998. Os direitos do autor estão também respaldados na Convenção de Berna, de 1971. Sabemos das dificuldades existentes para a verificação se um obra realmente encontra-se em domínio público. Neste sentido, se você acreditar que algum documento publicado na Brasiliiana Digital esteja violando direitos autorais de tradução, versão, exibição, reprodução ou quaisquer outros, solicitamos que nos informe imediatamente (brasiliiana@usp.br).